

don to New York cause a rise in the price of gold in England. Why?

Explain the terms "bullion," and "price of gold."

12. Define the terms, as used in commercial transactions: (a) insolvent, (b) bankrupt, (c) "fall in stocks," (d) bill of lading, (e) draft, (f) invoice, (g) premium, (h) commission, (i) insurance.

CLASSICS.

G. H. ROBINSON, M.A., WHITBY, EDITOR.

UNIVERSITY OF TORONTO ANNUAL EXAMINATIONS, 1883.

First Examination.

L. L. IN.

Examiner: ADAM CARRUTHERS, B.A.

Translate:

Dum ea Romanii parant consultantque, jam Saguntum summa vi oppugnabatur. Civitas ea longe opulentissima ultra Hiberum fuit, sita passus mille ferme a mari. Oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis; caeterum in tantas brevi creverant opes seu maritimis seu terrestribus fructibus seu multitudinis incremento seu disciplinae sanctitate, qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt. Hannibal infesto exercitu ingressus fines prevastatis passim agris urbem triperdito adgreditur. Angulus muri erat in planiorem patientioremque quam caetera circa vallem vergens; adversus eum vineas agere instituit, per quas aries moenibus admoveri posset.

LIVY, XXI.

1. *Dum ea Romanii parant consultantque.* Explain.

2. Locate *Saguntum*, *Zacynthus* and *Ardea*.

3. Parse (giving the principal parts of the verbs) *passus*, *generis*, *creverant*, *agere*, *admoveri*, *posset*.

Translate:

Galli occurrant in ripam cum variis ululatus cantuque moris sui quatientes scuta super capita vibrantesque dexteris tela, quamquam et ex adverso terrebat tanta vis navium cum ingenti sono fluminis et clamore vario nau-

tarum militum, et qui nitebantur perrumpere impetum fluminis et qui ex altera ripa trajicientes suos hortabantur. Jam satis paventes adverso tumultu terribilior ab tergo adortus clamor castris ab Hannone capitis mox et ipse aderat, ancepsque terror circumstabat et e navibus tanta vi armatorum in terram evadente et ab tergo improvius premente acie. Galli postquam ultroque vim facere conati pellebantur, qua patere visum maxime iter, perrumpunt trepidique in vicis passim suos diffugiunt. Hannibal caeteris copiis per otium trajectis spernens jam Gallicos tumultus castra locat.—*ib.*

1. Trace briefly the progress of the war down to the time of the events narrated in this chapter.

2. Mark the quantity of each of the syllables in *ripam*, *ululatus*, *moris*, *scuta*, *sono*, *clamore*, *evadente*, and *caeteris*.

3. Decline *moris*, *vis*, *impetum*, *anceps*, and *iter*.

4. Discuss concisely the merits of Livy as a historian.

Translate:

Vides, ut alta stet nive candidum

Soracte, nec jam sustineant onus

Silvae laborantes, geluque

Flumina constiterint acuto.

Dissolve frigus, ligna super foco

Large reponens, atque benignius

Deprome quadrimum Sabina,

O Thaliarche, merum diota,

Permitte Divis cetera, qui simul

Stravere ventos aequore fervido

Deproeliantes, nec cupressi

Nec veteres agitantur orni.

Quid sit futurum cras, fuge quaerere, et

Quem Fors dierum cunque dabit, lucro

Appone, nec, dulces amores

Sperne puer neque tu choreas,

Donec virenti sanities abest

Morosa. Nunc et campus et areae

Lenesque sub noctem susurri

Composita repetantur hora,

Nunc et latentis proditor intimo

Gratus puellae risus ab angulo

Pignusque dereptum lacertis

Aut digito male perlinaci.

HORACE, *Odes*, I.